

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo V

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

Omnino eorum ora claudentur. **EXPLICIT TRACTATUS IIII**
INCIPIT TRACTATUS V. EX EO QUOD SCRIPTUM EST. ETEGO NESCI
EBLON EUM SED QUI ME MISIT BAPTIZARE IN AQUA ILLE MIHI DIXIT
SUPER QUEM UIDERIS SP̄M DESCENDENTEM ET MANENTEM
SUPER EUM IPSE EST QUI BAPTIZAT IN SP̄S SC̄O ET IGNI.

Sicut dñs uoluit ad diem promissionis nostrae peruenimus. prestabit
 etiam hoc ut ad ipsius promissionis redditionem peruenire possimus;
 tunc enim ea quae dicimus & nobis & uobis utilia sunt. si ab ipso sunt. quae
 autem ab homine sunt. mendacia sunt. sicut ipse dicit dñs noster ih̄s xp̄s.
 Qui loquitur mendacium. de suo loquitur; nemo habet de suo. nisi mendaciū
 & peccatum. Si quid autem homo habet ueritatis atq. iustitiae. ab illo fonte est
 quem debemus stare in hac heremo. Ut ex eo quasi guttas quibusdam inrorati
 & in hac peregrinatione interim consolati ne deficiamus in uia. uenire ad eius
 requiem satietatemq. possimus. Si ergo qui loquitur mendacium. de suo loquitur.
 - qui loquitur ueritatem. de dī loquitur. Uerax iohannes. ueritas xp̄s. uerax
 iohannes. sed omnis uerax a ueritate uerax est. Si ergo uerax iohannes. & uerax
 esse homo non potest nisi a ueritate. a quo erat uerax. nisi ab eo quid dixit. Ego sum
 ueritas. Non ergo possit dicere aut ueritas contra ueracem. aut uerax contra
 ueritatem. Ueracem ueritas misit. & ideo uerax erat. qm̄ a ueritate missus erat.
 Si ueritas iohannem miserat? xp̄s eum miserat. sed quod xp̄s cum patre facit.
 pater facit? & quod pater cum xp̄o facit. xp̄s facit. Nec seorsum aliquid pater
 facit sine filio? nec seorsum aliquid filius sine patre. Inseparabilis caritas.
 inseparabilis unitas. inseparabilis maiestas. inseparabilis potestas. Secundum
 haec uerba quae ipse posuit. ego & pater unum sumus. Quis ergo misit iohannē.
 Si dicamus pater. uerum dicimus. si dicamus filius. uerum dicimus. manifestius
 autem ut dicamus. pater & filius. quem misit autem pater & filius. unus dī misit.
 - quia filius dixit. ego & pater unum sumus. Quomodo ergo nesciebat eum a quo
 missus est. Dixit enim. ego nesciebam eum. sed qui me misit baptizare in aqua.
 ipse mihi dixit. Interrogo iohannem. qui te misit baptizare in aqua. quid tibi
 dixit. Super quem uideris sp̄m descendentem sicut columbam & manentem
 super eum ipse est qui baptizat in sp̄s sc̄o. hoc tibi o iohannes dixit qui te misit.
 manifestum quia hoc. quis ergo te misit. forte pater uerus dī. & ueritas
 dī filius. Si pater sine filio te misit. dī sine ueritate te misit. Si ideo autem
 uerax es. quia ueritatem loqueris. & ex ueritate loqueris. ueritate misit pater
 sine filio. & simul te misit pater & filius. Si ergo & filius te misit cum patre.
 - quomodo nesciebas eum a quo missus es. quem uideras in ueritate. ipse te misit
 ut agnosceretur in carne. & dixit. super quem uideris sp̄m descendentem

sicut columbam & manentem super eum. ipse est qui baptizat in spū scō.
 hoc audiuit iohannes. ut nosset eum quem non nouerat. An ut plenius nosset
 quem iam nouerat. Si enim omni ex parte non nosset. non uenienti ad fluum
 ut baptizaretur diceret. ego a te debeo baptizari. et tu uenis ad me. Nouerat ergo
 quando autem columba descendit. iam baptizato dño. & ab aqua ascendente.
 at ille qui eum misit dixit. Super quem uideris spm̄ descendente sicut
 columbam & manentem super eum. ipse est qui baptizat in spū scō. & non noue-
 rat eum. sed columba descendente cognouit eum. Columba uero tunc descendit
 quando dñs ab aqua ascendit. Tunc autem cognouerat iohannes dñm. quando
 ad eum dñs ad aquam ueniebat. manifestatur nobis. quia iohannes secundum
 aliquid nouerat. secundum aliquid nondum nouerat dñm; nisi autem hoc in-
 tellexerimus. mendax erat. quomodo erit uerax agnoscens qui dicit. Tu ad me
 uenis baptizari. & ego a te debeo baptizari. Uerax est cum hoc dicit. & quomodo
 rursus uerax est cum dicit. Ego non noueram eum. sed qui me misit baptizate
 in aqua ipse mihi dixit. super quem uideris spm̄ descendente sicut columbam
 & manentem super eum. ipse est qui baptizat in spū scō. In notuit per columbā
 dñs non ei quise non nouerat. sed ei qui in eo aliquid nouerat. aliquid non noue-
 rat. Nostrum est ergo quaerere quid in eo iohannes nondum nouerat & per
 columbam didicit. quare missus est iohannes baptizans. iam meminim me quantū
 potui dixisse caritati uestrae. Si enim baptismus iohannis necessarius erat saluti
 nostrae. & modo debuit exerceri. non enim modo non saluantur homines. aut
 non modo plures saluantur. aut alia tunc salus erat. & alia modo. si mutatus est
 xp̄s. mutata est salus. Si salus in xp̄o est. & idem ipse xp̄s est. eadem nobis salus est.
 sed quare missus est iohannes baptizans. quia oportebat baptizari xp̄m; quare
 oportebat baptizari xp̄m. quare oportuit nasci xp̄m. quare oportuit crucifigi xp̄m.
 Si enim uiam humilitatis demonstraturus aduenerat & se ipsum facit uis ipsam
 humilitatis uiam. in omnibus ab eo implenda erat humilitas. Auctoritatem date
 baptismo suo hinc dignatus est. ut cognoscerent serui quanta alacritate debent
 currere ad baptismum dñi. quando ipse non dedignatus est suscipere baptismū
 serui. Donatum enim hoc erat iohanni. ut ipsius baptismus diceretur. Hoc ad ten-
 dat & distinguat & nouerit caritas uestra. baptismus quem accepit iohannes. bap-
 tismus iohannis dictus est. Solus tale donum accepit. nullus ante illum iustorum.
 nullus post illum ut acciperet baptismum qui baptismus ipsius diceretur. Accepit
 quidem. non enim a se possit aliquid. Si enim a se quis loquitur. mendacium de
 suo loquitur. & unde accepit. nisi ab ipso dño ihū xp̄o. Ab illo ut baptizare
 possit accepit. quem postea baptizauit. Nolite mirari. sic enim fecit hoc xp̄s
 in iohanne. quomodo quiddam fecit in matre. De xp̄o enim dictum est.

CTABM
 EST...
 AQUA...
 TOMAN...
 TICNI...
 mus, p...
 nite possim...
 ipso sunt. quae...
 ter dñs xp̄s.
 uanisi mendaciū...
 ae i ab illo forte est...
 buidam inoran...
 uenire ad eum...
 cum. desuo loquitur...
 xp̄i. uerax...
 iohannes. & uerax...
 ab eo quod dicit. Ego sim...
 em. aut uerax com...
 m. ueritate mēdit...
 quod xp̄i cum pater...
 dicitur. Aliqua pater...
 pater. carit...
 dicitur. & secundum...
 ergo misit iohannē...
 dicitur. manifestat...
 or & filius. and dñs...
 ergo nesciat eum ap...
 misit baptizate in aqua...
 pater in aqua. quod dñi...
 columbam & manentem...
 iohannes dixit quare misit...
 uerax dñs. non dicit...
 te misit. Si uideo u...
 uerax. uerax misit...
 filius te misit cum...
 dicit in ueritate. non...
 dicit in spm̄ dñi.

Omnia per ipsum facta sunt, si omnia per ipsum. & maria per ipsum facta e.
 de qua postea natus est xps. Intendat caritas uestra, quomodo creauit mariam
 & creatus est per mariam. sic dedit baptismum iohanni & baptizatus est a iohanne;
 Ad hoc ergo accepit baptismum a iohanne, ut accipiens quod inferius erat ab in-
 feriore, ad id quod superius erat hortaretur inferiores, sed quare non solus ipse
 baptizatus est a iohanne, si ad hoc missus erat iohannes per quem baptizaretur xps
 ut pararetur uiam dno. id est ipsi xpo. & hoc iam diximus. sed commemoramus quia
 necessarium est praesenti quaestioni, si solus dñs noster ih̄s xps baptizatus esset
 baptismo iohannis. tenet quod dicimus. non tantum ualeat saeculū ut delet
 de cordibus uestris quod ibi scripsit sp̄s dī. Non tantum ualeant spinae curarū
 ut effocent semen quod seminatur in uobis. Quare enim cogimur eadem repe-
 tere, nisi quia de memoria cordis uestri securi non sumus. Si ergo solus dñs
 baptizatus esset baptismo iohannis, non de essent quis eum haberent, ut putarent
 baptismum iohannis maiorem esse, quam est baptismus xpi. Dicerent enim usq,
 adeo ille baptismus maior est, ut solus xps eo baptizari meruisset. Ergo ut daretur
 nobis ad dno exemplum humilitatis ad percipiendam salutem baptismi, xps sus-
 cepit quod ei non opus erat. sed propter nos opus erat, & rursus ne hoc ipsum quod
 accepit a iohanne xps, praeponeatur baptismus xpi, permissi & alii sunt baptizari
 a iohanne, sed qui baptizati sunt a iohanne, non eis sufficit, baptizati sunt enim
 baptismus xpi, quia non baptismus xpi erat baptismus iohannis. Qui accipiunt
 baptismum xpi, baptismum iohannis non quaerunt, qui acceperunt baptismū
 iohannis, baptismum xpi quaesierunt, Ergo xpo sufficit baptismus iohannis,
 quomodo non sufficeret, quando nec ipse erat necessarius. Illi enim nullus
 baptismus erat necessarius. sed ad hortandos nos ad baptismum suum suscepit
 baptismum serui, & ne praeponeatur baptismus serui baptismus dñi, baptizati sunt
 alii baptismus conferui, sed qui baptizati sunt baptismus conferui, oportebat ut
 baptizarentur baptismus dñi, Qui autem baptizantur baptismus dñi, non opus
 habent baptismus conferui. qm̄ ergo acceperat iohannes baptismū qui proprie
 iohannis diceretur. Dñs autem ih̄s xps baptismum suum noluit alicui dare.
 Non ut nemo baptizaretur baptismus dñi, sed ut semper ipse dñs baptizaret.
 Id actum est, ut & per ministros dñs baptizaret, id est & quos ministri dñi
 baptizaturi erant, dñs baptizaret, non illi, Aliud est enim baptizare per ministe-
 rium, aliud baptizare per potestatem. Baptismus enim talis est qualis est ille
 in cuius potestate datur, non qualis ille est per cuius ministerium datur; Talis erat
 baptismus iohannis, qualis iohannes; baptismus iustus tamquam iusti, tamen
 hominis. sed qui acceperit ad dno istam gratiam, & tantam gratiam ut dignus
 esset praesire iudicem, & eum digito ostendere & implete uocē proph̄is illi us.

Baptismus
 qualis:

Uox clamantis in deserto. parate uiam dño. Talis autem baptismus dñi. qualis dñs. ergo baptismus dñi diuinus. quia dñs dñs. potuit autem ih̄s x̄ps̄ si uell̄ dare potestatem alicui seruo suo. ut dar̄ & baptismum suum tamquam uice sua. transferr̄ & a se baptizandi potestatem & constituer̄ in aliquo seruo suo. & tantam uim dar̄ & baptismo translato in seruum. quantam uim haber̄ & baptismus datus ad dño. hoc noluit. ideo ut in illo spes ess̄ & baptizatorum. a quo se baptizatos agnoscerent. Noluit ergo seruum ponere spem in seruo. Ideoq. clamabat apostolus cum uider̄ & homines uolentes ponere spem in se ipso. Numquid paulus pro uobis crucifixus est. aut in nomine pauli baptizati estis. Baptizauit ergo paulus tamquam minister. non tamquam ipsa potestas. baptizauit autem dñs tamquam potestas. Intendite. & potuit hanc potestatem seruo dare. noluit. si enim dar̄ & hanc potestatem seruis. id est ut ipsorum ess̄ & quod dñi erat. tot essent baptismi quot essent serui. ut quomodo dictus est baptismus iohannis. sic dicer̄ & ur baptismus petri. baptismus pauli. baptismus iacobi. baptismus thomae. bartholomei. matthei. Ille enim baptismus iohannis dictus est. sed forte aliquis existit & dicit. proba nobis. quia ille baptismus iohannis dictus est. probabo ipsa ueritate dicente. quando interrogauit iudaeos. baptismus iohannis unde est. de caelo. an ex hominibus. Ergo ne tot baptismi dicerentur. quot essent serui qui baptizabant accepta potestate ad dño. sibi tenuit dñs baptizandi potestatem. seruis ministeriū dedit. Dicit se seruus baptizare. recte dicit. sicut apostolus dicit. baptizauit autē & stephane domum. sed tamquam minister. Ideo si sit & malus & contingat illi habere ministerium. & si eum homines non nouerunt & dñs eum nouit. permittit dñs baptizari per eum. qui sibi tenuit potestatem. hoc autem iohannes non nouerat in dño. quia dñs erat nouerat. quia debebat ab ipso baptizari nouerat. & confessus est quia ueritas erat ille. & ille uerax missus a ueritate nouerat hoc. sed quid in eo non nouerat. quia sibi r̄ & enturus erat baptismi sui potestatem. & non eam transmissurus & translaturus in aliquem seruum. Sed siue baptizare & in ministerio seruus bonus. siue baptizare & in ministerio seruus malus. non scit. se ille qui baptizatur baptizari. nisi ab illo qui sibi tenuit baptizandi potestatem. Et ut noueritis fr̄s quia hoc in illo non nouerat iohannes. & hoc didicit per colūbā. Dñm enim nouerat. sed eum baptizandi sibi potestatem r̄ & enturum. & nulli seruo eam daturum nondum nouerat. secundum hoc dixit. & ego nesciebam eum. & ut noueritis quia hoc ibi didicit. attendite sequentia. sed qui me misit baptizare in aqua. ipse mihi dixit. super quem uideris sp̄m descendentem quasi columbam & manentem super eum. ipse est. quid ipse est. dñs. sed iam nouerat dñm. Ergo putate huc usq. dixisse iohannem. ego non noueram eum. sed qui me misit baptizare in aqua. ipse mihi dixit. quærimus quid dixerit. Sequitur.

minister
baptismi:

quomodo in deserto
& baptizandi potestatem
uod inferat
ed quise non
quem baptizatorum
ommemorant
x̄ps̄ baptizatus
a seculū ut delect
leant sp̄m cararū
gunt eadem repe
ergo solus dñs
haberent. ut putarent
Dicerent enim q
runt. Ergo ut dicitur
utem baptismi x̄ps̄ sol
& rursus ne hoc respiciat
permissi. & dicitur
ffice. baptizati sunt
iohannis. qui accepit
quo ueritate baptizati
per dñm baptizari
us. Ille enim nullus
baptizatum suum suscepit
baptizati dñi baptizati
o conferui. operati ut
ar baptizati dñi non pot
iohannes baptizati qui proprie
in suam uoluntate dicitur
emper ipse dñs baptizati
id est & quos ministeriū
est enim baptizati per
ministeriū datur
tamquam uel
tantam gratiam
implet uoce

Super quem uideris spm descendentem quasi columbam & manentem super eum; non dico sequentia. interim attendite, super quem uideris spm descendentem tamquam columbam & manentem super eum. ipse est; sed quid ipse est? quid me uoluit per columbam docere qui me misit? quia ipse erat dñs; iam noueram aquo missus eram. iam noueram eum cui dixi. Tu ad me uenis baptizari. ego te debeo baptizari; usq. adeo. ergo noueram dñm ut ego ab eo uellem baptizari. non ut a me ipse baptizaretur; & tunc mihi dixit, sine modo impleatur omnis iustitia; p. t. ueni. baptizari non uenio. impleatur omnis iustitia; at mihi dñs meus; impleatur omnis iustitia. doceam plenam humilitatem; noui super uenientes in futuro populo meo. noui aliquos in aliqua excellentiore gratia futuros homines. ut cum uiderint idiotas aliquos baptizari. illi quia meliores sibi uidentur siue continentia. siue elemosinis. siue doctrina. dedignentur isti fortasse accipere quod illi inferiores acceperunt; oportet ut sanem eos. ut non dedignentur uenire ad baptismum dñi. quia ego ueni ad baptismum serui. Jam ergo hoc nouerat iohannes. & nouerat dñm; quid ergo docuit columba? quid uoluit per columbam. id est per spm sc̄m sic uenientem docere qui miserat eum cui ait. Super quem uideris spm descendentem tamquam columbam & manentem super eum ipse est. quid ipse est. dñs; noui; sed numquid iam hoc nouerat quia dñs iste baptizandi habens potestatem. eam potestatem nulli seruo daturus est. sed sibi eam retenturus est. ut omnis qui baptizatur per serui ministerium? non imputet seruo. sed dño. Numquid iam hoc noueras. non hoc noueram. Ideo qui mihi dixit. Super quem uideris spm descendentem tamquam columbam & manentem super eum. ipse est qui baptizat in sp̄u sc̄o. Non ait ipse est dñs. non ait ipse est xps. non ait ipse est ds. non ait ipse est ihs. non ait ipse est qui natus est ex uirgine maria. posterior te. prior te; non ait hoc. iam enim hoc nouerat iohannes; sed quid non nouerat? tantam potestatem baptismi ipsum dñm habenturum & sibi retenturum siue praesentem in terra. siue absentem corpore in caelo & praesentem maiestate. sibi retenturum baptismi potestatem. Ne paulus diceret. baptismus meus. ne petrus diceret. baptismus meus. Ideo uidete. intendite uoces apostolorum; nemo apostolorum dixit. baptismus meus; quam uis unum esset omnium euangelium. tamen inuenis dixisse euangelium meum. non inuenis dixisse. baptismum meum; hoc ergo didicit iohannes. fr̄i mei. Quod didicit iohannes per columbam. discamus & nos. Non enim columba iohannem docuit. & ecclesia non docuit; cui ecclesiae dictum est. Una est columba mea. Columba doceat columbam; nouerit columba quod iohannes didicit per columbam cū sp̄s sc̄s colūbe specie descendit; hoc autem quod discebat iohannes in columba? quare in colūba didicit. oportebat enim ut disceret; ne hoc forte oportebat. nisi ut per colūbam

colūba
 docet colū-
 ba:

disceret. Quid dicam de columba fr̄i mei. V. quando mihi sufficit facultas uel
 cordis. uel linguae dicere quomodo uolo. & forte non digne uolo quomodo dicen-
 dum est. nec si tamen possum dicere quomodo uolo. quanto minus quomodo
 dicendum est. ego a meliore hoc audire uellem. non uobis dicere. Discit iohannes
eum quem nouerat. sed in eo discit in quo eum non nouerat. in quo nouerat
non discit. & quid nouerat dñm. quid non nouerat. potestatem baptisimi
dominici in nullum hominem ad dño transcuram. sed ministerium plane
transcurum. potestatem ad dño in neminem. ministerium & in bonos & in malos.
 Non exhorreat columba ministerium malorum. respiciat dñi potestatem.
 quid tibi facit malus minister. ubi bonus est dñs. quid te impedit malitiosus
 praeco. si est beni-uolus iudex. Johannes didicit per columbam hoc. quid est
 quod didicit. ipse rep̄at. Ipse mihi dixit inquit. super quem uideris sp̄m
 descendentem tamquam columbam & manentem super eum. hic est qui
 baptizat in sp̄u sc̄o. Non te ergo decipiant o columba seductores quid dicunt.
 nos baptizamus. columba agnosce quid docuit columba. hic est qui baptizat
 in sp̄u sc̄o. per columbam discitur quia hic est. & tu eius potestate putas te bap-
 tizari. cuius ministerio baptizaris. si hoc putas. nondum es in corpore columbae.
 non mirandum quia simplicitatem non habes. simplicitas enim maxime per
columbam designatur. Quare per simplicitatem columbae didicit iohannes.
 quia hic est qui baptizat in sp̄u sc̄o fr̄i mei. nisi quia columbae non erant qui
 ecclesiam dissipauerunt. Accipitres erant. milui erant. non laniat columba.
 & uidet illos inuidiam nobis facere. quasi de persequutionibus quas passi sunt.
 Corporales quidem passi quasi persequutiones. cum essent flagella dñi mani-
 feste dantis disciplinam ad tempus. ne damn& in aeternum. Si eam non cogno-
 uerint. seq. correxerint. Illi uere persequuntur ecclesiam. quidolus persequun-
 tur. Illi grauius cor ferunt. qui gladio linguae ferunt. illi acerbius sanguine
 fundunt. qui xpm quantum in ipsis est in homine occidunt. perterriti uiden-
 tur quasi iudicio potestatum. quid tibi facit potestas si bonus es. si autem
 malus es. time potestatem. non enim frustra gladium portat. Dixit apostolus.
 Tuum gladium noli educere. quo percutis xpm. xpiane quid tu persequeris.
 in xpiano. quid in te persequutus est imperator. carnem persequutus est.
 Tu in xpiano sp̄m persequeris. Non occidis tu carnem. & tamen nec carni
 parcunt. quot quot potuerunt caedendo necauerunt. nec suis nec alienis
 pepercerunt. Notum est hoc omnibus. inuidiosa est potestas. quia legitima e.
 Inuidiose facit. quia iure facit. sine inuidia facit. quia praeter leges facit.
 Adtendat unus quisq. uestrum fr̄i mei. quid habeat xpianus. quod homo est.
 commune cum multis. quod xpianus est. fecernit a multis. & plus ad illum

quid nouerit
 quid non nouerit
 quid non nouerit
 quid non nouerit

minister
 baptisimi

per tunc quod xpianus. quam quod homo; Nam quod xpianus. renouatur
 ad imaginem di. a quo homo factus est ad imaginem di; Quod autem homo.
 possit & malus. possit & paganus. possit & idolatra; tu hoc persequeris in
 xpiano. quod melius habet. hoc enim illi uis auferre. unde uiuit. uiuit enim
 temporaliter secundum spm uitae. quo corpus animatur. uiuit autem ad
 aeternitatem secundum baptismum quem accepit ad no; hoc illi uis tollere
 quod accepit ad no. hoc illi uis tollere unde uiuit. Latrones eos quos uolunt
 expoliare. sic uolunt ut ipsi plus habeant. & illi nihil habeant; tu haec tollis
 huic. & apud te non erit plus; non enim plus tibi fit. quia huic tollis. sed uere
 hoc faciunt quod hi qui tollunt animam. & alteri tollunt. & ipsi duas animas
 non habent; Quid ergo uis auferre. unde tibi displicet quem uis rebaptizare.
 Dare non potes quod iam habet. sed facis negare quod habet; Quid acerbius
 faciebat paganus persecutor ecclesiae. exerebantur gladii aduersus
 martyres. emittebantur bestiae. ignes ad mouebantur; ut quid ista. ut
 diceret qui ista patiebatur. non sum xpianus; quid doces tu eum quem uis
 rebaptizare. nisi ut primo dicat. non sum xpianus; ad quod aliquando perse
 cutor proferebat flammam. ad hoc tu producis linguam. sed educendo facis.
 quod ille occidendo non fecit; & quid est quod daturus es. & cui daturus es.
 si tibi uerum dicat. & non seductus te mentiatur. diciturus est. habeo.
 Interroga; habes baptismum. habeo dicit. quam diu dicit habeo inquis.
 non sum daturus. & noli dare. quod enim uis dare. herere in me non potest.
 quia quod accepi. auferri a me non potest. sed tamen expecta. uideam
 quid me uis doceat. Dic inquit primo. non habeo. sed hoc habeo. si dixero
 non habeo. mentior; quod enim habeo habeo. non habes inquit; Doce quia
 non habeo; malus tibi dedit. si malus xps. malus mihi dedit; non inquit malus
 xps. sed non xps tibi dedit; quis ergo mihi dedit. responde; ego me a xpo
 scio accepisse; dedit tibi inquit. sed traditor nescio quis. non xps; uidero
 quis fuerit minister. uidero quis fuerit praeco. De officiali non disputo.
iudicem adtendo; & forte quod obicis officiali. mentiris; sed nolo discutere;
 causam officialis sui cognoscat dñs; amborum forte si exigam ut probes non
 probas. immo mentiris; probatum est te probare non potuisse. sed non ibi
 pono causam meam. necum studiose coepero defendere homines innocentes.
 putes me spem meam uel in hominibus innocentibus posuisse; fuerint homi
 nes quales libet. ego a xpo accepi. ego a xpo baptizatus sum; non inquit.
 sed ille eps te baptizauit. & ille eps illis communicat; a xpo sum baptizatus.
 ego noui; unde nosti. Docuit me columba. quam uidit iohannes; O. milue
 male. non me dilamas a uisceribus columbae; in columbae membris numeror.

Et ego;

quia quod columba docuit hoc noui; Tum ihu dicit, ille te baptizauit. aut ille te baptizauit. per columbam mihi & tibi dicitur. hic est qui baptizat; Cui credo miluo. an columbae. Certe tum ihu dicit ut per illam lucernam confundaris. qua confusi sunt & priores inimici pares tui pharisaei. quicum interrogarent dnm in qua potestate ista facer. Interrogo & ego uos inquit istum sermonem; Dicite mihi. baptismus iohannis unde est. de caelo an ex hominibus. & illi qui praeparabant iaculari dolos. in r. & ita sunt quaestione. coeperunt uolere apud sem & ipsos & dicere. Si dixerimus quia de caelo est. dicitur est nobis. quare non credidistis ei. Johannes enim dixerat de dno. Ecce agnus di. ecce qui tollit peccatum mundi; Quid ergo quaeritis in qua potestate facio. **Et dñs;**
 O lupi. in potestate agni facio quod facio. sed ut nos & is agnum. quare non credidistis iohanni qui dixit. ecce agnus di. ecce qui tollit peccata mundi; scientes ergo illi quid dixisset iohannes de dno. Dixerunt apud se. Si dixerimus quia de caelo est baptismus iohannis. dic & nobis. quare ergo non credidistis ei. Si dixerimus quia ex hominibus est. Lapidamur a populo. quia proph. am habent iohannem. hinc timebant homines. hinc ueritate fateri confundebantur; tenebrae tenebris responderunt. sed luce superatae sunt; quid enim responderunt. nescimus; quod sciebant. dixerunt nescimus; & dñs; Nec ego uobis inquit dico in qua potestate ista facio; & confusi sunt primi inimici; unde. de lucerna; quis erat lucerna iohannes; probamus quia lucerna erat; probamus; Dñs enim dicit. Ille erat lucerna ardens & luens; probamus quia & de ipso confusi sunt inimici; psalmum audi; Paraui lucernam xpo meo. inimicos eius induam confusione; Paraui inquit lucernam xpo meo. inimicos eius induam confusione; Adhuc in huius uite tenebris ad lucernam fidei ambulemus. Teneamus & nos lucernam iohannē. confundamus inde inimicos xpi. Immo ipse confundat inimicos suos per lucernam suam; Interrogemus & nos quod dñs iudaeos. Interrogemus & dicamus; baptismus iohannis unde est. de caelo. an ex hominibus. quid dicturi sunt. uidele. si non & ipsi tamquam inimici de lucerna confunduntur; quid dicturi sunt. si dixerint. ex hominibus. & ipsi sui eos lapidabunt. Si autē dixerint de caelo. dicamus eis; quare ergo non credidistis ei. Dicunt fortasse. credimus ei. quomodo ergo dicitis. quia uos baptizatis. & iohannes dicit. hic est qui baptizat. sed ministros inquit tanti iudicis iustos oportet esse. per quos baptizatur. & ego dico. & omnes dicimus. quia iustos oportet esse. tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti si uolunt. si autem noluerint esse. iusti qui cathedram moysi sedent. si securum me fecit magister meus. de quo sps eius dixit. hic est qui baptizat; quomodo securum me fecit. scribe inquit

minister
sacramento
rursus:

Superbus
minister:

& pharisaei, cathedram moysi sedent. quae dicunt facite. quae autem faciunt. facere nolite. Dicunt enim & non faciunt; Si fuerit iustus minister. computo illum cum paulo. computo illum cum petro. cum istis computo iustos ministros. quia uere iusti ministri gloriam suam non quaerunt, ministri enim sunt. pro iudicibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt; ergo computo cum paulo iustum ministrum; quid enim dicit paulus. ego plantaui. apollo rigauit. sed deus incrementum dedit; neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed qui incrementum dat deus; Qui uero fuerit superbus minister cum zabulo computatur. sed non contaminatur donum christi quod per illum fluit purum. quod per illum transit liquidum, uenit ad fertilem terram. puta quia ipse lapideus est. quia ex aqua fructum ferre non potest. & per lapideum canalem transit aqua; transit aqua ad areolas in canali lapideo. nihil generat. sed hortus plurimum fructum adfert; spiritualis enim uirtus sacramenti ita est ut lux. & ab inluminandis pura excipitur. & si per immundos transeat non inquinatur; Sint plane ministri iusti. & gloriam suam non quaerant. sed illius cuius ministri sunt. Non dicant baptismus meus est. quia non est ipsorum; attendant ipsum iohannem; ecce iohannes plenus erat spiritu sancto. & baptismum de caelo habebat. non ex hominibus; sed quatenus habebat ipse dixit. parate uiam domino; ubi autem cognitus est dominus. ipse factus est uia; Non iam opus erat baptismo iohannis. quo pararetur uia domino; Tamen quid nobis solent dicere. ecce post iohannem baptizatum est; antequam enim bene ista quaestio tractaretur in ecclesia catholica. multi in ea errarunt. & magni & boni; sed quia de membris columbae erant. non se praeciderunt. & factum est in eis quod dixit apostolus. si quid aliter sapitis. hoc quoque uobis deus reuelauit. Unde isti qui se separauerunt. indociles facti sunt; quid ergo solent dicere. ecce post iohannem baptizatum est. post hereticos non baptizatur. quia quidam qui habebant baptismum iohannis. iussi sunt a paulo baptizari. non enim habebant baptismum christi. quid ergo exaggeras meritum iohannis & quasi abicis infelicitatem hereticorum; & ego tibi concedo sceleratos esse hereticos. sed hereticum baptismum christi dederunt. quem baptismum non dedit iohannes. Recurro ad iohannem & dico. hic est qui baptizat; sic enim melior iohannes quam hereticus. quomodo melior iohannes quam ebriosus. quomodo melior iohannes quam homicida; si post deuiorem baptizate debemus quia post meliorem baptizarunt apostoli. qui cumque apud ipsos baptizati fuerint ab ebrioso. non dicam ab homicida. non dico a satellite alicuius scelerati. non dico a rapto re rerum alienarum. non ab oppressore pupillarum. non a separatore coniugum. nihil horum dico. quod sollempne est dico. quod cotidianum est dico. quo uocantur omnes dico. & in ista ciuitate quando eis dicitur a logiemur.

benefit nobis. & tali die festo ianuariarum non debes ieiunare. ea dico
 leuia cotidiana. ab ebrioso homine cum baptizatur. quis est melior iohannes.
 an ebriosus. responde si potes. quod ebriosus tuus melior sit quam iohannes.
 numquam hoc audebis. Ergo quia tu sobrius es. baptiza post ebriosum tuum.
 Si enim post iohannem baptizauerunt apostoli. quanto magis debet post
 ebriosum sobrius baptizate. Audi ceterum in unitate mecum est ebriosus. Ergo
 iohannes amicus sponsi non erat in unitate cum sponso. sed tibi ipsi dico.
 quis quis es. tu es melior. an iohannes. Non audebis dicere. ego sum melior
 quam iohannes. Ergo post te baptizent tui. si te fuerint meliores. Si enim
 post iohannem baptizatum est. erubescere quia post te non baptizatur. Dicitur
 es. sed ego baptismum xpi habeo & doceo. aliquando ergo agnosce iudicem.
 & noli praeco superbus esse. Baptismum xpi das. ideo non post te baptizatur.
 post iohannem ideo baptizatum est. quia non xpi baptismum dabat. sed suum.
 quia sic acceperat ut ipsius esset. Non ergo tu melior quam iohannes. sed bap-
 tismus qui per te datur. melior quam iohannis. Ipse enim xpi est. iste autem iohan-
 nis. & quod dabatur a paulo & a petro xpi est. & si datum esset a iuda. xpi erat.
 Dedit iudas. & non baptizatum est post iudam. Dedit iohannes. & baptizatum est
 post iohannem. Quia si datum est a iuda baptismus. xpi erat. qui autem a iohanne
 datur est. iohannis erat. non iudam iohanni. sed baptismum xpi & iam per iudae
 manus datum baptismum iohannis. & iam per manus iohannis dato recte praeponi
 mus. & enim dictum est de dno antequam pateretur. quia baptizabat plures
 quam iohannes. Deinde adiunctum est. quam uis ipse non baptizaret sed discipuli
 eius. ipse & non ipse. ipse potestate. illi ministerio. seruitutem ad baptizandum
 illi ad mouebant. potestas baptizandi in xpo permanebat. ergo baptizabant
 discipuli eius. & ibi adhuc erat iudas inter discipulos eius. quos ergo baptizauit
 iudas. non sunt iterum baptizati. & quos baptizauit iohannes iterum baptizati
 sunt. plane iterum. sed non iterato baptismo. quos enim baptizauit iohannes.
 iohannes baptizauit. quos autem baptizauit iudas. xps baptizauit. ac sic ergo
 quos baptizauit ebriosus. quos baptizauit homicida. quos baptizauit adulter.
 si baptismus xpi erat. xps baptizauit. non tamen adulterum. non ebriosum.
 non homicidam. quia columbam adtendo per quam mihi dicitur. Hic est qui
 baptizat. Ceterum frs mei delirum est dicere. quia melioris meriti fuit non
 dico iudas. sed quilibet hominum. quam ille de quo dictum est. In natis mulieru.
 nemo exsurrexit maior iohanne baptista. Non ergo huic quisquam seruus.
 sed baptismus dni & iam per seruum malum datus. baptismum & iam amici serui
 praeponitur. Audi quales commemorat paulus apostolus falsos fratres. in ui-
 dia praedicantes uerbum di. & quid de illis dicit. & in hoc gaudeo. sed & gaudebo.

xpm enim adnuntiabant per inuidiam quidem; sed tamen xpm, non per
 quid; sed quem uide per inuidiam; per inuidiam praedicatur tibi xps
 bibe xpm; uita inuidiam? noli imitari malum praedicatorum; sed imitare
 bonum qui tibi praedicatur. xps ergo a quibusdam per inuidiam praedica
 batur; & quid est inuidere? horrendum malum; ipso malo zabalus deiectus
 est; ipsum deiecit multum maligna pestis; & habebant illam quidam praedica
 tores xpi; quos tamen praedicare permittit apostolus; quare? quia xpm prae
 dicabant; qui autem inuidet & odit; & qui odit quid de illo dicitur? audi apostolum
 iohannem; qui odit fratrem suum homicida est; ecce post iohannem bap
 tizatum est; post homicidam non est baptizatum? quia iohannes dedit bap
 tis mu suum; homicida dedit baptismum xpi? quod sacramentum tam scem est
 ut ne homicida ministrante polluitur; non respicio iohannem; sed potius
 credo iohanni; quid credo iohanni? quod didicit per columbam; quid didicit
 per columbam? hic est qui baptizat in spu sco; Jam ergo frs tenet hoc. &
 cordibus uestris infigite; si enim hodie uolueris plenius dicere quare per colu
 bam? tempus non sufficit; quia enim res discenda insinuata est iohanni
 per columbam quam non nouerat in xpo iohannes; quam uis iam nosset & xpm;
 exposui quantum arbitror scitati uestrae; sed quare hanc ipsam rem per
 columbam oportuit demonstrari; si breuiter dici possit & dicerem; sed quia
 diudicandum est. & onerare uos nolo. quomodo adiuutus sum orationibus
 uestris ut illud quod promisi implerem? adiuuante etiam atq; etiam pia
 intentione & uotis bonis & illud apparebit uobis; quare iohannes quod didicit
 in dno quia ipse est qui baptizat in spu sco? & nulli seruo suo transligauit
 potestatem baptizandi. non debuit discere nisi per columbam; **EXPLICIT OMELIA V;
 INCIPIT OMELIA VI. EX EO QUOD DICTUM EST COLUMBAM SUP
 DNAM DESCENDISSE (USQ; AD ID QUOD AIT. ECOUIDI ET TESTIMO
 NIUM PERHIBUI; QUIA HIC EST FILIUS DI;**

Fateor caritati uestrae. timueram ne frigus hoc frigidus uos ad conue
 niendum faceret; sed quia ista celebritate & frequentia uestra spu
 uos feruere demonstrastis. non dubito quia etiam orastis pro me.
 ut debitum uobis exsoluam; promiseram enim in nomine xpi disseye
 re hodie. cum angustia temporis tunc impediret ne id possemus explicare
 tractando. quare ds per columbae speciem ostendete uoluit spm scm, hoc
 ut explicetur. inluxit nobis hodiernus dies; & sentio audiendi cupiditate &
 pia deuotione uos celebrius congregatos. expectatione uestram ds impleat
 ex ore nostro; amastis enim ut ueniretis; sed amastis quid; si nos; & hoc
 bene; nam uolumus amari a uobis; sed nolumus innobis; quia ergo in xpo